



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 Quæ sit maior obligatio, vtrum iuramenti, vel voti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

modi intentio iuranti. Regulare siquidem ac naturale est, ut iurantes habeant animum iurandi. Et quoniam ex animo non se obligandi, non nisi indirecte, & occulte, sequitur intentio non iurandi: ideo ex animo non se obligandi non est interpretandum iuramentum, quod sit factum animo non iurandi. Quinimmo ex errore videtur, pcedere animus iste non se obligandi, quia .i. putant posse se separe obligationem a iuramento.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiectionem pro contraria parte. Non enim qui cumque uult aliquid, uult omne necessarium annexum sibi incognitum, quod credit non esse annexum: immo, ex errore uult implicite contradictoria latentia apud eum.

¶ *Super quest. octuagesimo articulo octauum.*

q. 88. art. 1.

¶ *Super quest. octuagesimo articulo octauum.*

IN articulo 8. eiusdem 89. questio nota pro intellectu literarum. Primum est, quod in obseruatione tam uoti, quam iuramenti concurrunt duo, scilicet ipsa obseruatio uoti, uel iuramenti: & actus seruatus, qui promissus, uel iuratus erat, puta, dare centum aureos. Comune est autem uoto, & iuramento, quod ipsa obseruatio utriusque spectat ad religionem, quoniam ex diuino aliquo causatur, ut in litera dicitur: & ad diuinum cultum spectat reddere Deo tantum uota, quam iuramenta. Sed differentia inter uotum, & iuramentum est quod ad actus seruatos: quia in uoto etiam actus seruatus est actus religionis, imperatus tamen. In iuramento autem actus seruatus reliquitur suae naturae, & non est factus religiosus actus, ut in articulo quinto huius questionis didicimus. Secundum est, quod licet fidelitas & reuerentia, diuersarum uirtutum sint inter homines, ut patet ex distinctione uirtutum ordinarum ad honorandum, & ad fidem seruandam, in ordine tamen ad Deum fidelitas, & reuerentia eiusdem uirtutis sunt, scilicet religionis. Decet enim ut quae in inferioribus diuisa sunt, in superioribus uniantur. Tertium est, quod dictum litera, scilicet, Omnis infidelitas irreuerentiam continet, si secundum subiectam materiam restringatur, scilicet respectu domini, clarum est. Maxima namque, ut in litera subditur, irreuerentia domini uidetur infidelitas ad eum. Si uero in generaliter, ut sonat, intelligendum est, non caret scrupulo, cum fides etiam sit superiorum ad inferiores. Veruntamen uerificatur ratione contemptus annexi: quia quicumque infidelis alicui est, ipsum paripendere uidetur, ac per hoc dehonore, quod ad irreuerentiam spectat.

ARTICVLVS VIII.

Utrum maior sit obligatio iuramenti, quam uoti.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod maior sit obligatio iuramenti, quam uoti. Uotum enim est simplex promissio: sed iuramentum supra promissionem adhibet diuinum testimonium. ergo maior est obligatio iuramenti, quam uoti.

¶ 2 Præter. Debilius solet perfortius confirmari: sed uotum interdum confirmatur iuramento, ergo iuramentum est fortius, quam uotum.

¶ 3 Præter. Obligatio uoti causatur ex animi deliberatione, ut supra dictum est: obligatio autem iuramenti causatur ex diuina ueritate, cuius testimonium inuocatur. Cui ergo ueritas Dei excedat deliberationem humanam, uidetur quod obligatio iuramenti sit fortior, quam obligatio uoti.

SED CONTRA. Per uotum obligatur aliquis Deo, per iuramentum autem obligatur aliquis interdum homini. magis autem obligatur homo Deo, quam homini. ergo maior est obligatio uoti, quam iuramenti.

RESPON. Dicendum, quod utraq; obligatio, scilicet uoti, & iuramenti, causatur ex aliquo diuino, aliter tamen, & aliter. Nam obligatio uoti causatur ex fidelitate, quam Deo debemus, ut. scilicet promissum soluamus. Obligatio autem iuramenti causatur ex reuerentia quam debemus ei, ex qua tenemur quod uerificemur id, quod per nomen eius promittimus. Omnis autem infidelitas irreuerentiam continet, sed non conuertitur. Videtur enim infidelitas subiecti ad dominum esse maxima irreuerentia: & ideo uotum ex ratione sua magis est obligatorium, quam iuramentum.

¶ *Super quest. octuagesimo articulo octauum.*

F *Super questionis octuagesimo articulo octauum.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uotum est promissio non quaecumque, sed Deo, facta, cui infidelem esse, grauisimum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod iuramentum non adhibetur uoto quia si aliquid firmius, sed ut per duas res in mobiles maior firmitas habeatur.

AD TERTIVM de cetero, quod deliberatio animi dat firmitatem uoto, quantum ex parte uocantis est. Habet tamen maiorem firmitatis causam ex parte Dei, cui uotum offertur.

ARTICVLVS IX.

Utrum aliquis possit in iuramento dispensare.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod nullus possit dispensare in iuramento. Sicut enim ueritas requiritur ad iuramentum assertorium, quod est de praeterito, uel praesenti: ita ad iuramentum promissorium, quod est de futuro: sed nullus potest cum aliquo dispensare quod de praesentibus, uel praeteritis iuret contra ueritatem. ergo etiam nullus potest dispensare, quod non faciat aliquis esse uerum id, quod cum iuramento in futurum promissum.

¶ 2 Præter. Iuramentum promissorium inducitur ad utilitatem eius, cui sit promissio: sed ille, ut uidetur, non potest relaxare, quia est contra reuerentiam diuinam. ergo multo minus per aliquem alium potest super hoc dispensari.

¶ 3 Præter. In uoto quilibet episcopus potest dispensare, exceptis quibusdam uotis, quae soli Papa reseruantur, ut supra habitum est. ergo pari ratione in iuramento, si esset dispensabile, quilibet episcopus posset dispensare: quod tamen uidetur esse contra iura. non ergo uidetur quod in iuramento potest dispensari.

K sit dispensari. quia est Dei uicarius, & non est uicarius illius, super eum, ut possit illum rebus suis priuare ad extra, non est propter defectum potestatis. Papa, autem iuramentum, sed ex natura contra actus iuramento hominem & hominem. Quocirca cessante potestatem ita iuramenta subiciuntur Ecclesiae potestati, quam cum iuramentum sit minus obligatum, quam promissum, consequens est, ut omnia iuramenta, quibus Papa, quia si essent uota, subiectum est potestati, esse possit ordinare in maius, concedit, ut potest, similiter uidentur reseruat, ut iuramenta, quae sunt uota, esse Papa reseruat, ut iuramenta, quae sunt ex hac radice Ecclesiae dispensat, ut iuramenta, quae sunt prauidicium hominis, & audacia maius potestatis.